

vestras continentes quod quidam Nicolaus Wynter<sup>a)</sup> de Lipczk, in artibus baccalarius,  
 magistrum Iohannem Wysen<sup>b)</sup> et Fredericum Radeloff<sup>c)</sup> vestre universitatis supposita  
 occasione quarundam causarum universitatem vestram, ut arbitramur<sup>d)</sup>, tangentium ad  
 Basileam procuravit citari, et prout in vestris scriptis eisdem narratis ex relatu intellexisse,  
 5 nos pro sanctissimo domino nostro, domino Nicolao papa moderno declarasse, ac desi-  
 deratis in hac parte vobis impartiri consilia nostra pro redimendis vexationibus ꝛ.  
 Credimus quod dudum sane intellexistis, quod sicut altissimo placuit, principes tam  
 spirituales quam seculares, cooperante spiritus sancti gratia, in magna multitudine sunt  
 redacti<sup>e)</sup> ad obedientiam memorati sanctissimi domini nostri. Ita reverendissimus in  
 10 Christo pater et dominus noster, dominus Fridericus archiepiscopus Magdeburgensis ac  
 primas Germanie, qui noster metropolitanus existit, se cum suo clero pro dicto domino  
 nostro papa Nicolao declaravit. Demum nos cum aliis prelati dicte provincie maturas  
 deliberationes habuimus tandemque consideratis considerandis pro salute animarum  
 nostrorum subditorum ac propria, similiter cum reverendo in Christo patre et domino  
 15 domino Petro episcopo Numburgensi duximus nos declarandos ad obedientiam dicti  
 sanctissimi domini nostri pape Nicolai, et ad presens scribimus domino preposito mona-  
 sterii sancti Thome Liptzensis, quod nullas litteras pregrinas tam Felicis<sup>f)</sup> in sua obe-  
 dientia nominati quam illorum qui sunt in Basilea peramplius recipere debeat seu exequi  
 sive executioni facere demandari per se vel suos plebanos et divinorum rectores. De hoc  
 20 vos et vestros subditos sive vestra membra aut supposita avisamus. Datum Merseburg  
 feria sexta post festum sancti Laurentii, nostro sub sigillo, anno ꝛc. XL septimo.

Venerabilibus viris dominis rectori, magistris et doctoribus alme universitatis  
 studii Liptzensis, amicis nostris sinceriter dilectis.

97.

25 *Johannes von Rene und Thomas Rode, Abgesandte des Basler Konzils, schicken der Universität  
 Informationen in Betreff des Konzils. Königsberg, 1447 Aug. 31.*

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 232<sup>a</sup>.*

Egregiis venerabilibusque et tam divini quam humani iuris magistris, doctoribus  
 aliisque suppositis, aliam universitatem Liptzensem constituentibus, dominis et amicis  
 30 nostris graciosis.

Debita semper recommendatione premissa. Egregii venerabilesque et doctissimi  
 viri. Parte sacri Basiliensis concilii et sanctissimi domini nostri, domini Felicis pape quinti,  
 inter alia ad principes sacri Romani imperii electores, dominos, regem Dacie et magistrum  
 ordinis Theutonicorum ꝛc. nuncii et oratores missi tot succreverunt propter diversa peri-  
 35 cula impedimenta que tempore preconcepto non potuimus personaliter constitui huc usque

96. a) Winther Cochl. b) Weyse Cochl. c) Rodolff Cochl. d) arbitramini Cochl. e) reducti Cochl.  
 f) Foelicis Cochl.